



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Trismegistus Doctrinæ Christianæ Tertio Continuatus,  
Seu Brevis Expositio Sciendorum De Ultima Voluntate  
Hominis Christiani In Spiritualibus, Atque Temporalibus,  
Methodo Morali-Theologica concinnata, ...**

**Mayr, Cherubinus**

**Salisburgi, [ca. 1735]**

Ex I Libro Sentent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42295**



P A R E R G A  
EX  
UNIVERSA THEOLOGIA  
Ex I. Libro Sentent.

1. **D**EUS sub propria ratione Deitatis est objectum Theologie nostræ. 2. Quæ non est propriè scientia. 3. Nec verè subalternata Theologię DEI, aut Beatorum. 4. Existentia DEI est per se nota, tam secundūm se, quam quoad nos. 5. Et insuper prædicatum ultimò constitutivum D. Essentie. 6. Ista neque compositiovis, neque communitatis, neque distinctionis intus sua prædicata quidditativa à parte rei capax est. 7. Necessaria est tamen distinctio formalis Scotti inter ipsam Essentiam, Personalitates, & Attributa. 8. Æternitas DEI actu non coëxistit physicè rebus præteritis, vel futuris; Unde, 9. vi hujus non salvatur in DEO scientia futurorum contingentium. 10. Sed neque vi scientiæ mediae. 11. Sed vi Decreti exerciti, aut signati. 12. Istud non est antecedens in sensu Thomistarum. 13. Nec concomitans in sensu Māstrii. 14. Est tamen antecedens formaliter, concomitans terminativè. 15. Prædestination ad gloriam præcessit visionem meritorum. 16. Datur reprobatio etiam negativa. 17. Personæ

sonae Divinæ constituuntur Relationibus quæ tali-  
bus. 18. Hæ nullam important perfectionem for-  
maliter. 19. Verbum D. non processit ex cogni-  
tione D. Personarum ut in se , sed ut in Essentia.  
20. Spiritus Sanctus , et si à Filio non procederet,  
personaliter ab eo distinctus esset.

## Ex II. Libro Sentent.

21. Possibiles sunt, & probabiliter dantur Ange-  
li solo numero differentes. 22. Eorum in-  
tellectus est discursivus. 23. Loquuntur ad invi-  
cem per impressionem specierum in - vel expressa-  
rum. 24. Potuissent peccare in instanti creationis  
suæ. 25. Peccatum eorum primum fuit philautia.  
26. Tam ipsorum , quam hominum Beatitudo in-  
tensiva essentialiter consistit in sola fruitione. 27.  
Pœna sensus verò in actione ignis intentionalii.  
28. Visioni beatificæ non repugnat esse præcisivam :  
29. Nec D. Essentiæ , cognosci per speciem impres-  
sam. 30. Vel sine lumine gloriae impresso. 31.  
Possibilis est status naturæ puræ. 32. Si mansisset  
status Innocentiae, soli nunc prædestinati geniti fuis-  
sent , & salvari. 33. Beatissima Virgo in ipsa  
conceptione sua fuit libera ab omni peccato , &  
debito peccati. 34. Lex naturalis est à DEO ex  
parte dispensabilis. 35. Lex vetus completere non  
desit statim in morte Christi. 36. Aliorū Legi  
Novæ præceptorum dari potest ignorantia in-  
culpabilis. 37. Possunt Lege Ecclesiastica præcipi-  
actus etiam merè interni. 38. Pontifícia per se ob-  
ligat post habitam sui notitiam , dummodo sit pro-